



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Calcei rubri sive coccinei magno loco habiti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

56 DE CALCEIS HEBRÆOR.

aqua & furfure, qua utuntur infectores ad tingendam *laccam*, quali aqua & hodie utuntur ad tincturam coccini. Ut cum Jarchius *Lacca* explicet צבע עץ אדום שקורין *צבע עץ אדום*, ut quidem pro צבע עץ אדום, vel צבע עץ אדום emendat, perinde sit ac si dixisset, *color est ruber corii, quem vocant Sarlaka*. Neque possum omittere quod idem coniecit vir eruditissimus, procul dubio eundem colorem, & idem corium esse, quale nobis & hodie affertur Smirna, & ex aliis locis, quod Gallicè *Maroquin du Levant* dicimus. Cum itaque צבע עץ אדום colorem rubrum corii interpretatur R. Salomoh, nos צבע עץ אדום eundem colorem fuisse putamus.

X. Talem colorem rubrum, sive coccineum, hic intelligendum ex eo fiet longe verisimilius, si attendamus tales calceos gestare magnificum fuisse. Facile videre est in hisce calceis, de quibus Propheta, aliquid magnum fuisse, cum inter tot ornamenta recenseantur. Quorum enim inter alia præclara, quibus Hebræam gentem se ornasse prædicat supremum Numen, mentionem

Braun. lib.
x. cap. 14.

tionem faceret, *se calceasset achas*, si non aliquid pretiosum & in calceis eximium intelligatur? Unde Targum habet *תבתי מסך דיקר בגלימין* *posui calceamenta pretiosa in pedibus tuis*. Vidit videlicet magnum quid esse, de quo loquitur Deus, *se calceasse achas*. At nihil magis magnificentum fuit quam calcei rubri, sive coccinei, qui & olim in summo fuerunt honore, & proprium Regum & Imperatorum gestamen.

XI. Rubris calceis olim usi sunt Albanorum Reges, ex quorum exemplo tales gestarunt Reges Romanorum. De Romulo Zonaras refert, quod *πάλαις ἐπέχρητο* *ἐρυθροῖς calceis rubris uti batur*. Usus est ius postea Julius Cæsar, ut ex Albæ regibus se ortum testaretur, uti auctor est Dio. Locus Dionis corruptè vulgo legitur: *Τῆτε γὰρ* *ἐοδῆν χαινοτέραι ἐν πᾶσιν ἐνηβρύνετο,* *καὶ τῆ ἰσποδοῖσι, καὶ μετὰ ταῦτα ἐνίοτε,* *καὶ ὑψηλῆ, καὶ ἐρυθροῦ καὶ τὰς Βασιλείας τὰς ἐν τῇ Ἄλβη ποτε γενομένων,* *ὡς καὶ προσῆκον σφίσι ἀπὸ τοῦ Ἰσλόν ἐχρήτη.* Sed pejus ab interpretibus est exceptus: *Quippe semper la-*

Zon. lib. 2.
Annal.

Dio lib.
49.